dicte Regine per manus receptoris generalis pro tempore existentis ad festa Pasche et Sancti Michelis equaliter, per literas dicte Regine patentes datas xiiii^o die Aprilis anno xxv^{to} dicti Regis Henrici vj^{ti} penes ipsum remanentes, videlicet, pro dictis terminis Pasche et Sancti Michelis infra tempus predictum ac per acquietanciam ipsius Walteri inter warranta predicta remanentem———c.s.

Et in quadam annuitate decem marcarum concessa Henrico Babyncourt, aresmaker, percipienda annuatim durante beneplacito dicte Regine per manus receptoris generalis pro tempore existentis ad festa Pasche et Sancti Michelis equaliter per literas eiusdem Regine patentes datas xiiii^{to} die Julij dicto anno xxv^{to} penes ipsum remanentes, necnon per acquietanciam dicti Henrici inter warranta huius compoti remanentem, videlicet, in persolucionem annuitatis predictae pro terminis supradictis infra tempus predictum———vj.li.xiiij.s.iiij.d.

Et in quodam riguardo xl.s. per annum concesso Henrico Fisher, vni pedestrium dicte Regine, percipiendo annuatim durante beneplacito prefate Regine de exitibus et reuencibus dotis eiusdem Regine per manus generalis receptoris sui pro tempore existentis ad terminos Sancti Michelis et Pasche equaliter, per literas eiusdem Regine patentes datas xiiij^o die Nouembris dicto anno xxvj^{to} penes ipsum remanentes ac acquietanciam dicti Henrici inter warranta predicta remanentem, videlicet, pro dictis terminis Pasche et Sancti Michelis infra tempus predictum———xl.s.

Et in quadam annuitate cvj.s.viiij.d. concessa Micheli Belwell,¹ sirurgico Regine, percipienda annuatim durante beneplacito dicte Regine per manus receptoris generalis pro tempore existentis ad festa Pasche et Sancti Michelis equaliter per literas eiusdem Regine patentes datas xviiij^o die Aprilis dicto anno xxv^{to} penes ipsum remanentes, videlicet, pro terminis predictis infra tempus predictum ac per acquietanciam eiusdem inter warranta predicta remanentem———cvj.s.viiij.d.

Et in quodam annuo certo xl.s. concesso Johanni Pecok, valetto estuffure dicte Regine, in recompensacione custuum et expensarum per ipsum in dies habitorem et sustentacione equitando super equum ad suos proprios custos et expensas quamdiu eidem Regine placuerit, percipiendo annuatim ad festa Pasche et Sancti Michelis equaliter de exitibus et proficuis dotis sue Regine per manus receptoris generalis eiusdem Regine pro tempore existentis, per literas dicte Regine patentes datas xx^m^o die Februarij anno xxvj^{to} dicti Regis Henrici sexti penes ipsum remanentes ac per acquietanciam dicti Johannis inter warranta supradicta remanentem, videlicet, pro dictis terminis Pasche et Sancti Michelis infra tempus predictum———xl.s.

fol. 17b

Adhuc annuitates

Et in quodam riguardo xl.s. per annum concesso Jacobo Ainsley, vni pedestrium dicte Regine, percipiendo annuatim de exitibus et reuencibus dotis ipsius Regine per manus receptoris generalis eiusdem Regine pro tempore existentis ad terminos Pasche et Sancti Michelis equaliter durante beneplacito ipsius Regine, per literas suas patentes datas die Aprilis (sic) anno xxvj^{to} dicti Regis Henrici sexti penes ipsum remanentes, ac per acquietanciam dicti Jacobi inter warranta huius compoti remanentem———xl.s.

¹ See note 1, p. 409.

Et in quodam regardo xl.s. per annum concesso Johanni Skynner,¹ valetto de scaldynghouse dicte Regine, pro bono servicio eidem Regine in officio suo impenso et sic annuatim durante beneplacito ipsius Regine, per literas suas de warranto datas xxix^{no} die Septembris anno xxviii^o dicti Regis Henrici sexti, necnon acquietanciam eiusdem Johannis inter warranta predicta remanentem———x.ls.

Et in quodam regardo c.s. per annum per prefatam Reginam Ricardo Whityngdon, valetto ferrure sue, concesso, percipiendo annuatim ad terminos Pasche et Sancti Michelis equaliter, per literas dicte Regine patentis datas xxvij^o die Marcij anno xxvij^o dicti Regis Henrici sexti penes ipsum remanentes, ac acquietanciam ipsius Ricardi inter warranta supradicta remanentem———c.s.

Summa annuitatum predictarum———^{xx}iiiijxvj.li.xiiij.s.iiiiij.d.

Custus et expense necessarie

Et in pergameno, papiro, cera rubea et encausto emptis et expenditis (sic) in literis patentibus et alijs warrantis prefate Regine in officio cancellarie superscribendis hoc anno, per supradictas literas dicte Regine de warranto datas vij^o die Februarij anno xxxij^{do} dicti Regis Henrici sexti inter warranta huius compoti remanentes———lx.s.

Et in pergameno, papiro, cera rubea, et encausto, ac alijs diuersis necessarijs emptis et expenditis in officio dicti receptoris generalis Regine per dictum tempus huius compoti, per billam de parcellis inter warranta predicta remanentem———xlvj.s.viiij.d.

Et in pergameno et papiro emptis pro valoribus et memorandis et memorandis tocius dotis dicte Regine tam in Anglia quam in Wallia hoc anno superscribendis———xiiij.s.iiiiij.d.

Et solutis magistro Nicholao Carent,² clerico, secretario prefate Regine, pro pergameno, velym, encausto, et cera ad vsum dicte Regine per ipsum inuentis in officio secretarij iuxta appunctuamentum consilij ipsius Regine, per literas eiusdem Regine de warranto datas secundo die Decembris anno xxxj^{mo} dicti Regis Henrici sexti inter warranta eiusdem anni remanentes, per quas quidem literas eadem Regina voluit et prefato receptori suo generali mandauit quod soluat prefato secretario suo annuatim xl.s. quamdiu idem secretarius Regine inueniet stuffuram predictam iuxta appunctuamentum consilij predicti, videlicet, in persolucione dictorum xl.s. pro stuffura predicta per ipsum hoc anno inuenta———xl.s.

fol. 18a

Adhucustus et expense necessarie

Et in diuersis pixidibus emptis pro warrantis, acquietancijs, et alijs memorandis dicte Regine intus ponendis et saluo custodiendis hoc anno———xx.d.

Et in iij virgis panni viridis emptis pro tabula computatoria dicti receptoris generalis pro moneta dicte Regine desuper muneranda et superponenda, precio virge ij.s.iiiiij.d.———vij.s.

¹ Cf. above, fol. 13a, for his wage of 40s. a year.

² He was already Dean of Wells, an office to which he had been elected, probably with Margaret's help, in 1446 (Le Neve, op. cit. i, 152). For a letter written on his behalf by Margaret to the executor of his predecessor as Dean of Wells, see Munro, op. cit. pp. 93-4.

Et in v duodenis computatoriorum emptis pro officio dicti computus hoc anno, precio duodene iiij.d. _____xx.d.

Et solutis Johanni Deryngton¹ clerico receptoris generalis Ducatus Lancastrie pro intendencia et magno labore suo habitis in solucionem Mcccxxxiiij.li.vj.s.viiij.d. prefate Regine de ducatu predicto assignatis, de riguardo sibi facto pro eodem ex consideracione magni consilij Regine _____xxvj.s.viiij.d.

Et solutis Willelmo Nanseglos, clerico recepte Regine, pro expensis suis morantis Londonie temporibus vacacionis per vices pro denarijs de diuersis receptoribus prefate Regine in absentia ipsius receptoris generalis, percipiendis ac pro denarijs de diuersis mercatoribus comitatus Cornubie per obligaciones custume pro cunagio stanni ibidem similiter recipiendis, per xxxij septimanas, capiendo per septimanam xx.d. _____liij.s.iiij.d.

Et in batellagio dicti Willelmi de Londonia vsque Grenewiche ac de Londonia vsque Westmonasterium pro diuersis negocijs prefate Regine ibidem faciendis, quam pro moneta diuersis vicibus ibidem anno predicto super solucionem feodorum militum, dominarum, et damicellarum hospicij ac vadiorum armigerorum clericorum et aliorum officiariorum eiusdem hospicij ac privatarum expensarum eiusdem Regine, soluendo hoc anno _____vj.s.viiij.d.—

Et in bagis de correo et panno lineo emptis tam pro rotulis valorum quam pro moneta Regine vsque Wyndesore et alibi cariandis et alijs ministris eiusdem Regine liberandis hoc anno _____vj.s.viiij.d.

Et solutis Johanni Vailard, attornato dicte Regine, in cancellaria domini Regis de riguardo sibi facto pro grandis laboribus suis pro dicti Regina in cancellaria predicta habitis, per supradictas literas Regine de warranto datas vij^o die Februarij dicto anno xxxij^{do} inter warranta supradicta remanentes _____c.s.

Et solutis clericis duorum auditorum prefate Regine pro grandis laboribus suis in comptis diuersorum receptorum balliuorum et feodariorum ingrossandis, prout huiusmodi allocacio facta fuit tempore Katerine nuper Regine Anglie, cum vj.s.viiij.d. de riguardo facto cuidam clerico auditorum de auisamento consilij pro scriptura istius compoti per predictam literam de warranto, vt supra, remanentem _____xl.s.

Et solutis Roberto Tanfeld, generali attornato prefate Regine, pro diuersis custubus et expensis per ipsum factis in persecucionem breuium pro diuersis materijs dictam Reginam tangentibus ac solucionibus diuersis hominibus legisperitis pro auisamento et consilio suo habendis in diuersis materijs commodum dicte Regine tangentibus, vt patet per billam eiusdem Roberti de particulis inde inter warranta predicta remanentem _____xxix.li.vij.s.ij.d.

Et solutis Johanni Fogge,² vicecomiti Kancie, pro quodam riguardo sibi facto per auisamentum consilij ipsius Regine pro soluzione xxij.li.xiiij.s.iiij.d. de auro Regine per ipsum leuato de bonis et catallis debitis auri predicti hoc anno.

_____xxxiiij.s.iiij.d.

Summa expensarum, neccessiarum, et solucionum forinsecarum predictarum _____lj.li.iiij.s.ij.d.

¹ For his biography, see Somerville, op. cit. pp. 399-400.

² It is interesting to find a reward being paid to one who was soon to be such a prominent Yorkist. For his biography, see Wedgwood, op. cit. pp. 339-42.

Soluciones per warrantam

Et solutis Willelmo Cotton, armigero, receptori generali Ducatus Lancastrie, cui prefata Margareta, considerans qualiter Galfridus Louthur, nuper receptor generalis ducatus predicti, habuit ex concessione et regardo excellentissime principesse Katerine, nuper Regine Anglie, pro solucione certarum annuitatum quas ipsa habuit de exitibus ducatus predicti per manus dicti Galfridi pro quibuslibet c.li. sic liberatis ad vsum eiusdem xx.s. concessit eidem Willelmo, nunc receptori generali eiusdem ducatus, de speciali regardo pro annuitate quas eadem Margareta Regina percipit de exitibus eiusdem ducatus per manus dicti nunc receptoris generalis pro quibuslibet c.li.xx.s., prout dictus Galfridus Louthur habuit, volens enim Regina quod idem Willelmus percipiet annuatim pro solucione quarumlibet c.li. quas idem receptor soluet ad vsum eiusdem Regine pro huiusmodi annuitate xx.s., videlicet, pro huiusmodi annuitate MM marcarum eidem Regine hoc anno liberata, per literas dicte Regine de warranto datas xxj^m die Maij anno xxvij^o dicti Regis Henrici sexti inter warranta de eodem anno remanentes—xiiij.li.vj.s.viiij.d.

Et Ricardo Bulstrode¹ pro vadijs et regardis diuersorum scissorum et pictatorum ac pro diuersis parcellis et stuffura emptis per speciale mandatum ipsius Regine pro disgisynge² facto coram Rege et prefata Regina apud manerium de Pleasaunce festo Natalis Domini anno xxxj^m dicti Regis Henrici sexti, per literas ipsius Regine de warranto datas xxx^m die Januarij eodem anno xxxj^m simul cum acquietancia ipsius Ricardi inter warranta huius compoti remanenti—xxv.li.ix.s.

Et magistro Willelmo Say³ decano capelle Regis pro oblacionibus Regine cotidianis iiij.d. per diem a retro existentibus a xij^o die Decembris anno xxx^m dicti Regis Henrici sexti vsque festum Pasche anno eiusdem Regis xxxij^o xxj diebus quolibet anno exceptis quibus eadem Regina optulit aurum, videlicet, diebus annuis Beate Marie, Parasceues, Pasche, Dominica in alibis, festo Sancti Georgij, Ascencionis, Pentecoste, Dominica in festo Sancte Trinitatis, Corporis Christi, Reliquiarum, Assumpcionis Beate Marie, Nativitatis eiusdem, die obitus Regis Henrici v^{ti}, diebus Omnium Sanctorum, Commemoracionis, Concepcionis Beate Marie, Natalis Domini, Circumsicionis, Epiphanie, die obitus Katerine nuper Regine matris dicti nunc Regis, et die Purificacionis Beate Marie,⁴ per literas dicte Margarete Regine de warranto datas x^m die Maij anno dicti nunc Regis xxxj^m ac per acquietanciam dicti decani simul inter warranta huius compoti, videlicet, pro huiusmodi oblacionibus cotidianis Regine a supradicto xij^o die Decembris anno xxx^m vsque dictum festum Pasche anno xxxij^o per ccccliij dies vltra dies (sic) in quibus dicta Regina optulit aurum—vij.li.xj.s.

¹ Cf. *ibid.* pp. 130-1.

² disgisynge, a masque or masquerade.

³ He was made dean of the king's chapel between May, 1448 and July, 1449 (*C.P.R. 1446-1452*, pp. 253, 259). He continued to be dean of the chapel royal under Edward IV, and in Queen Elizabeth Wydeville's surviving household account he is described as "decanus capelle dominorum Regis et Regine" (*E 36/207*, p. 37). He became dean of St. Paul's in 1457 (*C. N. L. Brooke*, "The Deans of St. Paul's, c. 1090-1499", *B.I.H.R.*, XXIX. 243).

⁴ This is more than the number of feasts for which special offerings were authorized in the household of Edward IV (*Household Ordinances*, p. 23).

Et Ricardo Roos militi de quodam prefato lx.li. per dictam Reginam sibi in recompensationem tanti subbosci et ardi ligni, percipiendi infra forestam de Rokyngham, Whitelwode, et Saucy sicut attingere possit ad summam cxx.li., per dictum Regem eidem Ricardo concessio, quamquidem forestam idem Rex auctoritate parlamenti predictae Regine concessit,¹ et Regina considerans quod dicta concessio Regis eidem Ricardo facta (sic) vacua sit in lege concessit eidem Ricardo lx.li. per viam prestiti, de quibus idem Ricardus recepit xxx.li. in manibus et x.li., parcellam dicti lx.li., vigilia Pentecoste proxime sequenti, xxj^{mum} diem Maij anno xxxj^{mo}, et xxx.li. festo Nativitatis Sancti Johannis tunc proxime sequentis, resoluendas prefate Regine in talibus assignamentis sicut eidem Regi placuerit concedere eidem Ricardo in recompensationem supradictarum cxx.li., per literas ipsius Regine de warranto datas xx^{mo} die Maij dicto anno xxxj^{mo}, simul cum indentura inde inter warranta huius compoti remanenti. De quibus quidem assignamentis reddit in fine huius compoti———xxx.li.

Et Philippo de Pynys ² mercatori de Venys pro panno et pannis serici et auri ab ipso emptis ad vsum ipsius Regine per Ricardum Bulstrode, servientem suum, ex speciali mandato ipsius Regine per literas suas de warranto datas xxx^{mo} die Januarij dicto anno xxxj^{mo} ac per acquietanciam ipsius Philippi simul inter warranta predicta remanentem———lxxij.li.xij.s.vj.d.

fol. 19a

Adhuc soluciones et warranta

Et Johanni Prudde vitriatori Regis ³ pro vitro et vitriacione vnus fenestre de duobus luminibus in capella Beate Marie de le Pew operate cum duobus ymaginibus Regis et Regine genuflectantium et salutacionis Beate Marie cum armis Regis et Regine florished cum floribus necnon verbo Regine scripto, continentis large mensura peditis pauli xxxj pedites et dimidum, precio peditis xij.d. ac pro posicionem xix peditum veteris vitri scored in nouo plumbo, precio posicionis peditis iij.d. necnon pro vno Escochon de armis Edwardi Sancti posito in dicto veteri vitro, precio ij.s., et alterius Escochyn de armis Sancti Georgij

¹ R.P. v. 261. As this was an act passed in 1454 it is one of the many indications that this account was compiled, at the earliest, nearly a year after the official terminating date of Michaelmas, 1453. ² Not identified.

³ John Prudde was appointed king's glazier in September 1440 (C.P.R. 1436-1441, p. 469) with the use of "a 'shedde' called 'the glaziers logge' in the western part within Westminster palace, and a gown of the king's livery of the suit of the serjeant of the works yearly at Christmas". He and his men glazed the windows of Eton College, Fromond's Chantry in Winchester College, the resplendent Beauchamp Chapel at Warwick (J. Le Couteur, *English Medieval Painted Glass* (London, 1926), pp. 19, 21, 29, 30, 110, 120 and references there given); also the windows of All Souls College, Oxford (E. F. Jacob, "The Building of All Souls College, 1438-43" in *Historical Essays in honour of James Tait* (1933), p. 131).

The Chapel of our Lady of the Pew, mentioned here, was destroyed in Henry VII's time to make a Chapel of St. Erasmus. It stood on the north side of the ambulatory at the entrance to the present Chapel of St. John the Baptist. (F. Bond, *Westminster Abbey* (London, 1909), pp. 252-3; W. R. Lethaby, *Westminster Abbey and the King's Craftsmen* (London, 1906), pp. 352-55; *The Westminster Abbey Guide* (28th edn., London, 1936), p. 83).

positi in dicto veteri vitro, precio xij.d., in toto attingentibus ad xxxix.s.iiij.d., per literas ipsius Regine de warranto datas vij^o die Junij anno xxxj^mo dicti Regis Henrici sexti ac acquietanciam ipsius Johannis simul inter warranta predicta remanentem—xxxix.s.

Et Ricardo Salisbury de Soham in comitatu Cantebrigie et Johanni Wright tenenti eiusdem Ricardi, videlicet, tam x.li. in contentacionem et satisfacionem dampnorum et perditorum eidem Ricardo factorum in combustionem stabuli eiusdem Ricardi in Newmarket per infortunium ignis tempore quo eadem Regina ibidem perhendinauit quam lxvj.s.viiij.d. pro certis lectis bladij et alia stuffura eiusdem Johannis combustis in eadem domo, per literas Regine de warranto datas v^{to} die Julij dicto anno xxxj^mo ac acquietanciam ipsorum Ricardi et Johannis simul inter warranta predicta remanentem—xiiij.li.vj.s.viiij.d.

Et Matheo Phelipp', aurifabro Londonie,¹ in persolucionem cxxv.li.x.s.vij.d. sibi debitorum pro certis iocalibus et goldsmythwerk ab eo vsum Regine emptis, per literas eiusdem Regine de warranto datas xvij^o die Julij dicto anno xxxj^mo ac acquietanciam ipsius Mathei simul inter warranta predicta remanentem cxxv.li.x.s.

Et Johanni Wenlock,² militi camerario Regine, in plenam solucionem xxiiij.li.vj.s.viiij.d. pro tribus palfridis ab eo ad vsum Regine emptis, per literas eiusdem Regine de warranto datas xvij^o die Julij dicto anno xxxj^mo ac acquietanciam ipsius Johannis simul inter warranta predicta remanentem—xxiiij.li.vj.s.viiij.d.

Et predicto Johanni Wenlok, militi camerario Regine, pro viij.li.xiiij.s. per ipsum liberatis Johanni Hattecliff, clerico auenario Regine, mense Nouembris anno xxix^mo Regis Henrici sexti, videlicet, vj.li.xiiij.s. pro vadijs certorum seruientium stabuli Regine, xxxiiij.s.iiij.d. pro plena solucione vnus equi empti de Rogero Dyke, et vj.s.viiij.d. datis seruientibus stabuli dicte Regine de regardo ex mandato dicte Regine, per literas eiusdem Regine de warranto datas xvij^o die Julij dicto anno xxx^mo ac acquietanciam ipsius Johannis Wenlok militis simul inter warranta predicta remanentem—viiij.li.xiiij.s.

Et Thome Seintbarbe, Humfrido Stafford, ac Roberto Chicheley, armigeris hospicij Regine, Willelmo Lepton, valetto ostiario camere Regine, de regardo per prefatam Reginam de regardo sibi facto ad grandes custus quos quilibet habuit et sustinuit in graui infirmitate per visitacionem divinam, videlicet, Thome Seintbarbe xxvj.s.viiij.d., Humfrido Stafford liij.s.iiij.d., Roberto Chicheley xxxiiij.s.iiij.d., et Willelmo Lepton xiiij.s.iiij.d., per literas eiusdem Regine de warranto datas xxiiij^{to} die Julij dicto anno xxxj^mo ac acquietanciam ipsorum Thome, Humfridi, Roberti, et Willelmi simul inter warranta predicta remanentem vj.li.vj.s.viiij.d.

fol. 19b

Adhuc soluciones per warranta

Et Thome Bateman et Johanni Hardwik,³ clericis, ad prouidendum et ordinandum totum illud victualium et alia necessaria pro diebus sabbati et

¹ He had already become alderman of London by 1450 and was sheriff of London in 1452 (*C.P.R. 1446-1452*, pp. 401, 558, 570). He had been made king's goldsmith as long ago as 1443 (*C.P.R. 1441-1446*, p. 235).

² See Introduction BULLETIN, xl (1957), 97, and n. 107.

³ In 1454 Thomas Bateman had become a clerk of the greencloth, and John Hardwick clerk of the kitchen, in the royal household (Nicolas, *op. cit.* vi. 226, 228).

dominice, iiii^{to} et v^{to} diebus Augusti anno xxxij^{do}, pro maritagiis dominarum Elizabeth Botiller et Edith Seintlowe,¹ vt pro prouidencia causa maritagiorum predictorum attingencia ad summam xvj.li.xxij.d. vltra expensis diurnis hospicij Regis, vino deducto, sicut apparet de recordo in libris compotorum hospicij predicti, per literas dicte Regine de warranto datas nono die Septembris dicto anno xxxij^{do} ac acquietanciam ipsorum Thome et Johannis simul inter warranta huius compoti remanentem——xvj.li.xxij.d.

Et Johanni Sergeant, nuncio Regine, cui prefata Margareta Regina concessit tres denarios per diem, percipiendos annuatim de exitibus et reuencibus dotis sue per manus generalis receptoris sui pro tempore existentis ad festa Pasche et Sancti Michelis per equales porciones quamdiu eidem Regine placuerit dicto Johanni infra siue extra curiam Regine existenti, non obstante prouiso semper quod idem Johannes in rotulo scaccarij Regine pro vadijs trium denariorum per diem siue infra siue extra curiam predictam extiterit a primo die Aprilis dicto anno xxxj^{mo} non ponatur siue tituletur, per literas eiusdem Regine patentes datas eodem primo die Aprilis anno xxxj^{mo} penes ipsum remanentes, necnon per literas eiusdem Regine de warranto datas xxij^{c10} die Nouembris dicto anno xxxij^{do}, ac acquietanciam eiusdem Johannis simul inter warranta predicta remanentem, videlicet, de huiusmodi vadijs suis a supradicto primo die Aprilis anno xxxj^{mo} vsque supradictum festum Sancti Michelis tunc proxime sequentem, scilicet per ^{xx}ciij j dies iuxta ratam vadiorum predictorum per idem tempus——xlv.s.ij.d.

Et Willelmo Say,² decano capelle Regis, in vno capho valoris xx marcarum per dictum Willelmum Cotton empto et eidem decano liberato, pro lumine et apparello de reignes³ pro fonte principis,⁴ quam pro le crisume,⁵ lumine et oblacione die purificationis Regine, necnon pro oblacionibus sibi debitis pro tempore quo eadem Regina custodiebat et exstitebat in camera sua, per literas eiusdem Regine de warranto datas xxix^{mo} die Nouembris dicto anno xxxij^{do} ac acquietanciam eiusdem decani simul inter warranta predicta remanentem——xiiij.li.vj.s.viiij.d.

Et valettis, garcionibus, et pagettis camere et aule domini Regis de regardo per dictam Reginam sibi pro bona attendencia circa prefatum Regem hoc anno per literas eiusdem Regine de warranto datas xij^o die Decembris dicto anno xxxij^{do} inter warranta predicta remanentes——c.li.

¹ See note 2, p. 404, and note 2, p. 405.

² See note 3, p. 422.

³ "Cloth of Raines", a kind of fine linen or lawn made at Rennes in Brittany (*N.E.D.*).

⁴ Edward, Prince of Wales, was born on 13 October 1453 (*An English Chronicle*, ed. J. S. Davies (Camden Soc., 1856), p. 70). One of his godfathers was Edmund, Duke of Somerset, mentioned in this account (fol. 17a). £10 was paid for the wax lights burnt at Edward's baptism (*Devon. Issues*, p. 478).

⁵ "chrisom-robe", a white robe put on a child at baptism as a token of innocence, and given as an offering at the mother's purification (*N.E.D.*). The embroidered chrisom-cloth, with 20 yards of russet of gold and 540 "broun sable bakkes", worth altogether £554 16s. 8d., were a present from the king to the queen (*Devon, op. cit.* p. 478).

Et Thome, domino de Scales,¹ de riguardo sibi per dictam dominam Reginam pro diurna diligencia et attendencia in consilio eiusdem Regine per literas dicte Regine datas xix^{no} die Decembris dicto anno xxxij^{do} ac quietanciam ipsius Thome domini de Scales simul inter warranta predicta remanentem———x.li.

Et Osanne Herman,³ vni domicellarum Regine, de dono suo ad maritagium eiusdem pro literas dicte Regine de warranto datas vj^{to} die Marcij dicto anno xxxij^{do} ac quietanciam ipsius Osanne simul inter warranta supradicta remanentem———cc.li.

Summa solucionum per warranta predicta———Dclxx.li.xv.s.xj.d.

Allocacio superplusagij

Et in allocacione Willelmo Cotton, receptori generali dicte Regine, pro superplusagio suo in compoto suo de huiusmodi recepta de anno proxime precedenti habito———xxxj.li.x.s.vj.d.ob.

Summa allocacionum superplusagij predicti———xxxj.li.x.s.vj.d.ob.⁴

fol. 20a

Liberacio forinseca

* Et Roberto Ketilwell, clerico operacionum ac prouisori stuffure manerij de Pleasaunce in Grenewich, super prouidencia et empcione stuffurarum ad idem per literas dicte Regine de warranto xx^{mo} die Julij anno xxv^{to} dicti Regis Henrici sexti inter warranta de anno xxvj^{to} eiusdem Regis remanentes ad v. vices, videlicet, prima vice secundo die Marcij anno xxxij^{do} Regis predicti xij.li., secunda vice xvij^o die Aprilis eodem anno xl.s., tertia vice vij^o die Junij anno predicto xl.s., iij^{ta} vice vij^o die Julij eodem anno iij.li., et v^{ta} vice xxiiij^{to} die eiusdem mensis vij.li.viii.s.ij.d. per vnam indenturam inde inter warranta huius compoti remanentem———xxvij.li.viii.s.ij.d.

Et Johanni Hattecliff, clerico auenario dicte Regine, super empcione et prouisione feni, auenarum, neccessariorum, ac cariagio et solucionibus pro vadijs stabuli et alijs infra tempus huius compoti, per literas eiusdem Regine de warranto datas vltimo die Decembris anno xxv^{to} dicti Regis Henrici sexti inter warranta de anno xxvj^{to} eiusdem Regis remanentes ad diuersas vices, videlicet, prima vice xvj^o die Maij dicto anno xxxj^{mo}, xxxvij.li.xiiij.s.iiij.d., secunda vice xxiij^{do} die Junij eodem anno iij.li., tertia vice xij^o die Septembris anno xxxij^{do} supradicto vij.li., iij^{ta} vice xxiiij^{to} die Nouembris eodem anno xxx.li., v^{ta} vice xx^{mo} die Februarij eodem anno cxl.li., vj^{ta} vice primo die Marcij dicto anno xxxij^{do} xx.li., vij^a vice xj^{mo} die eiusdem mensis per manus Johannis Pigot x.li.x.s.x.d., viij^a

¹ He had married Ismania, one of the queen's ladies, and was killed at London in 1460 in the Lancastrian cause; see above, fol. 12a and note 1, p. 404.

² It will be noted that this and the preceding three payments were made after Michaelmas, 1453, when the account purports to end.

³ See above, note 2, pp. 405-6.

⁴ Evidently the previous account had ended with a deficit; this was characteristic of the royal finances by this time. See Introduction, BULLETIN, xl (1957), 87, n. 3.

* This paragraph has in the left-hand margin the note "Robertus Ketilwell, clericus operacionum manerij de Pleasaunce".

vice xix^m die eiusdem mensis x.li., ix^a vice xxij^o die eiusdem mensis x.li., x^a vice xij^o die Aprilis predicto anno xxxij^{do} xv.li.xiiij.s.v.d.ob., xj^{ma} vice xvj^o die Aprilis xxxij^{do} c.s., xij^{ma} vice dictis die et anno vj.li., xiiij^{ma} vice xvij^o die eiusdem mensis xx.li. et xiiij^a vice nono die Maij dicti anno xxxij^{do}, xvij.li.vj.s.viiij.d., per vnam indenturam inde inter warranta huius compoti remanentem—

ccccx.li.v.s.iiij.d.ob.

Et Johanni Norrys,¹ armigero, custodi magne garderobe dicte Regine, pro expensis factis super empcionem prouisionum et expensas in officio garderobe

predicte ad vsum dicte Regine hoc anno in partem solucionis MMiiij.xviiij.li.ix.s.vj.d.ob.q. eidem Johanni, per literas eiusdem Regine de warranto datas xij^o die Octobris dicto anno xxxij^{do} inter warranta huius compoti remanentes ad diuersas vices, videlicet, prima vice x^m die Septembris eodem anno xxxij^{do} xvij.li., secunda vice primo die Octobris eodem anno M.li., tercia vice xx^m eiusdem mensis D.li., quarta vice dictis die et anno per manus vicecomitis ville Suthampton l.li., quinta vice dictis die et anno xxxiiij.li.ij.s.j.d.q., sexta vice xxviiij^o die eiusdem mensis x.li.xiiij.s.iiij.d., vij^a vice xx^m die Nouembris eodem anno xxxij^{do} viij.li., viij^a vice penultimo die eiusdem mensis per manus balliuorum ville Norhampton xlvi.li.xj.s.iiij.d., ix^{na} vice xx^m die Decembris eodem anno x.li., x^{ma} vice dictis die et anno ccc.li.xix.s., xj^{ma} vice xxij^{do} die eiusdem mensis lxxiiij.s.iiij.d., et

xij^{ma} vice x^m die Octobris dicto anno xxxij^{do} ^{xx}iiij.xiiij.li.vj.s.viiij.d. per xij indenturas inde inter warranta predicta remanentes—MM.lxxiiij.li.v.s.viiij.d.q.†

Et Edwardo Ellesmere,² thesaurario camere et custodi iocalium prefate Regine, pro solucionibus et expensis factis et habitis in officio iocalium predicto, in persolucionem lxxv.li.xiiij.s.iiij.d. eidem Edwardo assignatis per literas dicte Regine de warranto datas xvj^o die Maij dicto anno xxxj^{mo} ad duas vices, videlicet, vna vice xx^m die eiusdem mensis Maij xxxiiij.li.vj.s.viiij.d. et altera vice viij^o die

¹ He was already a yeoman of the king's chamber in 1429 (*C.P.R. 1429-1436*, p. 37) and an esquire for the king's body by 1441 (*C.P.R. 1436-1441*, p. 568). In October 1444 he was appointed, as from the previous Michaelmas, keeper of the king's great wardrobe (*C.P.R. 1441-1446*, p. 311), an office which he retained until Michaelmas, 1446 (*C.P.R. 1446-1452*, p. 4). In April 1447 he was appointed, as from Michaelmas 1446, treasurer of the chamber and master of the jewels of Queen Margaret (E 101/409/14), an office which he retained until Michaelmas 1452 (E 101/410/8). In 1462 he was pardoned as a Lancastrian and died in 1466 (Wedgwood, op. cit. p. 639).

² He was already clerk of the queen's jewels in September 1445 (*C.P.R. 1441-1446*, p. 373) and was still occupying this post in 1451 (*C.P.R. 1446-1452*, p. 456). At Michaelmas 1452 he became treasurer of the queen's chamber (E 101/410/8). He fought on the Lancastrian side at Towton, and was attainted in the Parliament of 1461 (*Rot. Parl. v. 177b*); in 1475 the attainder was reversed, at his petition, and some of his possessions were restored (*Rot. Parl. vi. 130a-131a*). In 1485 he successfully petitioned Henry VII for the return of lands, tenements, and offices acquired by one of Edward IV's physicians, Jacques Frus, or James Friis (*ibid. p. 327b*). Ellesmere was probably dead by November 1489 (*Cal. Close Rolls, 1485-1500*, p. 144).

† This paragraph has two notes in the left-hand margin: "reddit hoc anno de Mcx.li.vj.s.viiij.d." and "reddit anno futuro de Dcccclxij.li.xix.s.q.^a".

Nouembris supradicto anno xxxij^{do} xxxiiij.li.vj.s.viiij.d. per ij indenturas simul vt supra remanentes——lxvj.li.xiiij.s.iiij.d.

fol. 20b

Adhuc liberacio forinseca

Et prefato Edwardo Ellesmere, thesaurario camere ac custodi iocalium ipsius Regine, in partem solucionis Dcccxxxviiij.li.xiiij.d.ob. prefato Edwardo per literam eiusdem Regine de warranto datam iiij^{to} die Nouembris supradicto anno xxxij^{do} Regis predicti assignatis, pro solucionibus et expensis factis et habitis in officio iocalium predictorum ad x vices, videlicet, prima vice xxvj^{to} die Decembris dicti anno xxxij^{do} cc.li., secunda vice penultimo die Januarij eodem anno xl.li., tercia vice xiiij^o die Februarij eodem anno x.li., iiij^{ta} vice xiiij^o die eiusdem mensis xxxv.li.xviiij.s.xj.d.ob., v^{ta} vice tercio die Marcij dicto anno xxxij^{do} xl.li., vj^{ta} vice xj^m^o die eiusdem mensis ciiij.li., vij^a vice xviiij^o die Aprilis eodem anno xxxij^{do} x.li.xiiij.s.iiij.d., octava vice viij^o die Marcij eodem anno xl.li.x.s.x.d., ix^{na} vice per manus Thome Payn' nuper vicecomitis ville Suthampton x^m^o die Julij anno predicto l.li., et x^{ma} vice per manus dicti Edwardi receptori de Odyam et Guillyngham lxvj.li. per x indenturas inde inter warranta huius compoti remanentes——Dclxxiiij.li.iiij.s.j.d.

Et eidem Edwardo Ellesmere in persolucionem xx.li. sibi assignatarum pro solucionibus et expensis in officio iocalium predicto, per literas ipsius Regine de warranto datas xxviiij^o die Decembris supradicto anno xxxij^{do} xxij^{do} Januarij eodem anno, per indenturam vt supra remanentem——xx.li.

Et prefato Edwardo Ellesmere, thesaurario camere et magistro iocalium ipsius Regine, in partem solucionis x.li. sibi assignatarum pro huiusmodi solucionibus et expensis in officio iocalium predicto, per literas dicte Regine de warranto datas xxviiij^o die Decembris supradicto anno xxxij^{do} per manus cancellarie Regine decimo die Februarij eodem anno per indenturam inde simul cum warranto predicto inter warranta huius compoti remanentem——vj.li.xiiij.s.iiij.d.

Et eidem Edwardo Ellesmere, thesaurario camere et magistro iocalium prefate Regine, in plenam solucionem xxxiiij.li. sibi vt supra assignatarum, per literas eiusdem Regine de warranto datas vj^{to} die Februarij supradicto anno xxxij^{do} ix^{no} die eiusdem mensis per indenturam vt supra remanentem——xxxiiij.li.

Et Johanni, domino Stourton,¹ nuper thesaurario hospicii Regis Henrici sexti, pro dietis diurnis et expensis eiusdem Regine in hospicio predicto vij.li. per diem a xv^m^o die Septembris anno eiusdem Regis xxviiij^o et deinceps, per literas dicte Regine de warranto datas xxvij^o die Marcij eodem anno inter warranta de anno xxx^m^o eiusdem Regis remanentes, per quas quidem literas prefata Regina mandauit dicto receptori suo generali quod de exitibus recepte sue prefato Johanni domino Stourton, thesaurario hospicii Regis predicti, dictas vij.li. per

¹ He was created Lord Stourton on 13 May 1448 and died 25 November 1462 (C.P. XII. i. 301-2). He was treasurer of the household before 18 November 1446 (C.P.R. 1446-1452, p. 8) and he still occupied this post in September 1452 (E 101/410/9). He was one of those who signed the ordinance, dated 13 November 1454, for the regulation of the royal household during the king's madness (Nicolas, op. cit. vi. 233).

diem per tempus predictum et sic deinceps secundum ratam vij.li. per diem de die in diem et anno in annum (soluat) quousque idem receptor generalis aliter habuerit in mandatis ad diuersas vices, videlicet, prima vice xxvij^o die Aprilis anno dicti Regis nunc xxix^{mo} iiii.li.xix.s., secunda vice xxix^{no} die eiusdem mensis ccj.li.xviii.s., tertia vice xv^{mo} die Decembris anno xxx^{mo} eiusdem Regis cxxxj.li. xiiii.s.vj.d.ob., iiii^{ta} vice xiiij^o die Marcij eodem anno xj.li.vj.s., v^{ta} vice xx^{mo} die Nouembris anno xxxj^{mo} cl.li., vj^{ta} vice xij^o die Februarij eodem anno xv.li., vij^a vice xij^o die Marcij eodem anno cc.li., viij^a vice xviii^o die eiusdem mensis l.li., ix^{na} vice dictis die et anno xlviij.li.xiii.s.iiii.d., x^{ma} vice xx^{mo} die eiusdem mensis xj.li.v.s.x.d., xj^{ma} vice dictis die et anno x.li., xij^{ma} vice eisdem die et anno vj.li.xiiii.s., et xiiij^{ma} vice xx^{mo} die eiusdem mensis Marcij xxiiij.li.xix.s.vij.d. per xiiij acquietancias inde inter warranta huius compoti remanentes—

Dccclxv.li.x.s.iiij.d.

Et eidem nuper thesaurario hospicii predicti super dietis diurnis et expensis predictae Regine de warranto in proxima particula precedenti annotatas ad duas vices, videlicet, vna vice primo die Januarij anno xxx^{mo} Regis predicti c.li., et altera vice xviii^o die Marcij anno eiusdem Regis xxxj^{mo} xxxvij.s., per ij acquietancias inde inter warranta predicta remanentes—cj.li.xvij.s.

fol. 21a

Adhuc liberacio forinseca

Et Johanni, domino de Duddeley,¹ thesaurario hospicii domini Regis, super dietis diurnis et expensis dicte Regine in hospicio predicto vij.li. per diem a xxvij^o die Marcij anno xxxj^{mo} dicti Regis Henrici sexti vsque finem Sancti Michelis tunc proxime sequentem et deinceps per literas dicte Regine de warranto datas xxvj^o die Octobris anno eiusdem Regis xxxij^{do} inter warranta huius compoti remanentes per quas quidem literas prefata Regina mandauit dicto receptori suo generali quod de exitibus recepte sue prefato Johanni domino de Duddeley thesaurario hospicii Regis predicti dictos vij.li. per diem per tempus predictum et sic deinceps secundum ratam vij.li. per diem de die in diem et anno in annum soluat quousque idem receptor generalis aliter habuerit in mandatis ad diuersas vices, videlicet, prima vice xv^o die Maij dicto anno xxxj^{mo} xlix.li., secunda vice xj^{mo} die Aprilis eodem anno x.li., tertia vice xvij^o die Junij anno predicto xx.li., iiii^{ta} vice xxj^{mo} die eiusdem mensis x.li., quinta vice dictis die et anno

¹ He succeeded Lord Stourton as treasurer of the household at Michaelmas 1452 (see previous note), but he did not hold the office long. By October 1454 he had been succeeded by William Fallen (E 101/410/15) who was in 1455 followed by John Brecknock (*C.P.R. 1452-1461*, p. 295). Brecknock was one of those who had conducted Margaret to England in 1445 (B.M. Add. MS. 23,938; Stevenson, *op. cit.* i. 448); in this account he appears as receiver-general of the Duchy of Cornwall (ff. 5b, 6a) and by 1454 he had become clerk of controlment in the king's household (Nicolas, *op. cit.* vi. 226).

John Sutton was summoned to parliament from 15 February 1440 to 1 September 1487 as Lord Dudley; he died 30 September 1487 aged 86 (*C.P.* iv. 479-80). He was one of the king's councillors against whom the Commons petitioned in 1451 (*Rot. Parl.* v. 216b). He was taken prisoner with Henry VI at the first battle of St. Albans (*Paston Letters*, i. 327, 336) and was wounded on the Lancastrian side at Blore Heath. (*R.P.* v. 348).

x.li., sexta vice octavo die Augusti dicto anno xxxj^o ix.li.iiij.s., septima vice ix^o die eiusdem mensis iiij.li.vij.s.iiij.d., octava vice xviii^o die Septembris supradicto anno xxxij^{do}, lxvj.s.vij.d., nona vice penultimo die Octobris eodem anno, c.li., decima vice sexto Nouembris eodem anno, lxv.li.xvij.s.vij.d.ob., xj^{ma} vice tercio die Decembris anno predicto xiiij.li.vj.s.vij.d., xij^{ma} vice xx^{mo} die eiusdem mensis, c.li., et xiiij^a vice iiij^{to} die Junij supradicto anno xxxij^{do} xlviij.s.vij.d., per xiiij acquietancias ipsius thesaurarij inde inter warranta supradicta remanentes

Dcciiij^{xx}.xvij.li.vij.s.xj.d.ob.

Liberacio denariorum in cameram Regine

Et in denarijs liberatis prefate Regine in cameram suam ad v. vices, videlicet, prima vice xx^{mo} die Maij anno xxxj^{mo} dicti Regis Henrici sexti c.li., secunda vice xxv^{to} die Junij eodem anno c.li., tercia vice primo die Decembris anno xxxij^{do} eiusdem Regis cc.li., quarta vice primo die Januarij eodem anno c.li., et quinta vice sexto die Marcij eodem anno lxvj.li.xiiij.s.iiij.d. per v acquietancias sub magno sigillo ipsius Regine inter warranta predicta remanentes—Dlxvj.li.xiiij.s.iiij.d.¹ Summa liberacionum denariorum predictorum—v M.Dcxliij.li.xvij.s.vj.d.q^a.

fol. 21b

Summa omnium allocacionum solucionum et liberacionum denariorum predictorum—vij M.Dxxxix.li.xv.s.iiij.d.ob.q^a.²

Et debet—xxiiij.li.xvj.s.vij.d.q^a.

De quibus.

fols. 22a and b both blank.

fol. 23a

(In a very cursive hand) cccxxiiij.li.xj.li.xj.s.iiij.d. de recompensacione Regine pro annuitatibuz diuersarum personarum qui acciderunt in manibus eiusdem Regine per mortem earundem, videlicet, anno xxxiiij^o ccciiij^{xx}.j.li.x.s.v.d. Item, pro Bradfeld vj.li.xiiij.s.iiij.d. Item, Et remanet—xxxvj.li.vij.s.vj.d.

Item, pro anno xxxiiij^{to} ccciiij^{xx}.j.li.x.s.v.d. Item, pro Bradfeld vj.li.xiiij.s.iiij.d. Item pro Johanne Marshall³ lx.s.vij.d. Et remanet—xxxiiij.li.vj.s.x.d.⁴

¹ See Introduction, BULLETIN, xl (1957), 98.

² Ibid. p. 88.

³ Both Thomas Bradfeld and John Marshall were yeomen of the king's chamber (*C.P.R. 1446-1452*, p. 543; *C.P.R. 1452-1461*, p. 21), and these may have been payments for services rendered to the queen.

⁴ It was stated in the introduction that this account "does not appear to have been used by any of the biographers of the queen" (BULLETIN, xl (1957), 80). Since writing this I have noted that in the third edition of her *Lives of the Queens of England* Miss Agnes Strickland added a reference to this account (3rd edn., 1864, reprinted 1891, i. 565-6). It was enterprising for a woman to have used such a source in mid-Victorian days; but the reference is only slight and the source is in various respects both misquoted and misunderstood.

GLOSSARY

(This list includes only those non-classical words which cannot readily be found in the *Medieval Latin Word-List*, ed. J. H. Baxter and C. Johnson, Oxford, 1934).

aquaria = ewry.

auenaria = office which provided fodder.

cateria = acatery, the office which bought meat and fish for the household.

cunagium stanni = fee for stamping tin.

finire = to pay.

paynmaynbaker = baker of fine bread.

scaldinghous = household office for boiling poultry.

squilleria = scullery.

sirurgicus = surgeon.

superplusagium = balance in favour of the accountant.

valettus = yeoman.